

Werk

Titel: Catalogus praelectionum publice et privatim in Academia Georgia Augusta ... haben...

Verlag: Dieterich

Jahr: 1825

Kollektion: bucherhaltung; göttingeruniversitätsgeschichte-gedrucktewerke

Signatur: 4 HLP IV, 32/2:WS 1825 **Werk Id:** PPN687592380 1825 WS

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN687592380 1825 WS|PPN687592380 1825 WS

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen Georg-August-Universität Göttingen Platz der Göttinger Sieben 1 37073 Göttingen Germany Email: gdz@sub.uni-goettingen.de HALL IN

PRAELECTIONUM

PUBLICE ET PRIVATIM

- sand sand Na A CADEMIA

GEORGIA AUGUST

PER SEMESTRE HIBERNUM

rustics ad justicism colordam of color in incocentiam tuendam in prints accommoda esset VXX2225GICIS. A respectatione fatheri

A DIE XVII. OCTOBRIS



GOTTINGAE " A I will ("" TYPIS DIETERICHIANIS.

HILLIA

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE

PRORECTOR

JO. FRID. LUD. GOESCHEN, D.

CUM SENATU.

Ne libaveris Diis, nisi ex amputatis vitibus, Numae praeceptum atque institutum perhibetur, si Plutarchum) audimus, qui quidem in hoc et aliis nonnullis similitudinem aliquam cum symbolis Pythagoricis sibi reperisse visus, reconditiorem huic sensum subjicere non dubitavit, Numamque Romanos re rustica promovenda ad pietatem convertere voluisse contendit eo, quod vita rustica ad justitiam colendam et morum innocentiam tuendam inprimis accommoda esset. Qua abstrusiore interpretatione inducti alii eo delapsi sunt, ut hanc legem Numae plane abjudicarent, et in symbolis Pythagoreis referrent, qua praecipiatur, ut actiones nostras Numini purgatas offeramus, quum gratum nihil possit esse, quod non purum expurgatumque sit. Sed jam Plinius **) veriorem hujus legis rationem aperuit, qua Numam hoc tantum adsequi voluisse statuit, ut vites putare cogerentur, alias aratores, et pigri circa pericula arbusti, h. e. qui, alioquin strenui in aranda terra, in colendis vitibus pigri essent; arbustis enim faciendis vitium culturam promoveri, ac nobilia vina non nisi in arbustis gigni diserte idem Plinius (100) tradit. Nimirum, quod in plerisque Numae institutis obtinet, hoc idem in illo quoque praecepto sequatus videri debet, ut metu deorum injecto rudem ac ferocem adhue populum tractabiliorem, et re in religionem versa huic legi magis obsequentem redderet. - Quam commode lex ista, ita accepta, ad literarum studia, ut pleraque agricolationis praecepta, traduci possint, facile perspicitis, Commilitones. Quo igitur Musis, ad quarum sacra accessistis, rite libetis litetisque, ita Vos componite, ut iis disciplinis, in quibus habitare decrevistis, toto, quod aiunt, pectore Vos tradatis, amputatis ac recisis omnibus iis, quae Vos distringere, Vestrumque impetum sufflaminare possint. Quos

^{*)} Plutarch. Numa XIV. 3.

^{**)} Plinius H. N. XIV. 12.

^{***)} Plin. l. l.

enim fructus in literarum studiis exspectare licet ab eo, qui desultoria levitate a recto tramite in diverticula continuo deerrat, aut adeo impotentia animi abreptus a quibusque cupiditatibus agi sese ferrique patitur? Quo felicius autem istam viam emetiamini, sedulo curabitur a nobis in lectionibus, quae hac tabula in proximum semestre Vobis indicuntur.

P. P. in Acad. Georgia Augusta, mense Augusto cloloccexxv.

RECITATIONES THEOLOGORUM.

D. THEOPH. JAC. PLANCK, hora VIII-IX. historiae ecclesiasticae partem alteram exponet; hora XI-XII. praecipua Theologiae christianae Systemata (ad filum Conspectus Gottingae 1822. tertium editi) inter se

comparabit.

HILLIA

CAR. FRID. STAEUDLIN, D., hor. VIII-IX. tradet Theologiam moralem, secuturus editionem tertiam libri sui: Neues Lehrbuch der Moral für Theologen. Göttingen 1825. hor. XI-XII. Historiae ecclesiasticae universalis partim primam, quae inde a primis initiis usque ad reformationem ecclesiae decurit, duce libro suo: Universalgeschichte der christlichen Kirche. edit. quarta. Hannov. 1825.

D. DAVIDES JULIUS POTT, privatim hora IX-X. evangelium et epistolas Joannis actaque apostolorum, additis in potiores notiones judaicas, in N. T. obvias, excursibus uberioribus, interpretabitur; hora X-XI. Psalmos, praecipuorum simul praeceptorum grammaticorum ratione habita, exponet; hor. denique II-III. artem homileticam tradet, praetereaque varias Sodalium seminarii regii homiletici exercitationes moderari perget.

HENR. PLANCK, Dr., privatis lectionibus, hor. IX - X. sexies per hebd., cursus exegetici partem alteram, Joannis Apostoli Evangelium ac Epistolas, et Acta Apostolorum interpretabitur; h. XI-XII. quinquies per hebdomadem, theologiam dogmaticam e libro suo (Kurzer Abrifs der philosophischen Religionslehre, Götting. b. Vandenhoeck. 1821. 8. exponet. Societatis theologicae exercitationes more solito continuabit.

RECITATIONES JURECONSULTORUM.

FRID. BÖHMER, hora IX - X. jus ecclesiasticum secundum compendium b. PARENTIS, hora XI - XII. Institutiones juris civilis duce WALDECKIO tradet.

GEO. JAC. FRID. MEISTER, hora X-XI. jus criminale, comprehenso processu criminali. ex suo compendio docebit; hora III-IV. quinquies per hebdomadem theoriam processus civilis ad librum MARTINIA-NUM tradet.

4. 医多种毒素

ex septima editione libri sui: Lehrbuch des heutigen Röm. Rechts, h. X. historiam juris Romani, ex nona editione libri sui: Lehrbuch der Geschichte des Röm. R., h. XI. Digesta et constitutionum codicem secundum trientes, partes, libros et titulos ex libro suo: Lehrbuch der Digesten, addita Exegesi, ex tertia editione libri sui: Chrestomathie von Beweisstellen, h. II. Encyclopaediam juris universi, quo utimur, ex septima editione libri sui: Lehrbuch der juristischen Encyclopaedie tradet.

ANTONIUS BAUER, D., hora XI-XII. Institutiones juris Romani, secundum libellum Waldeckianum; hora II-III. diebus Lunae, Mart. Jov. et Vener. Encyclopaediam juris universi; hora X-XI. jus criminale, Feuerbachio duce, nec non processum criminalem tradet.

CAROLUS FRIDERICUS EICHHORN, D., tradet: I. Jus publicum civitatum quae foederi Germanico adscriptae sunt, h. VIII. II. Jus ecclesiasticum h. X.

FRIDERICUS BERGMANN, D., h. IX - X. quinquies per hebdomadem collegium quod vocant processuale practicum; h. X - XI. ter per hebd. relatorium instituet; h. I - II. quinquies per hebd. jus privatum hannoveranum tradet.

JOANNES FRIDERICUS LUDOVICUS GOESCHEN, Dr., Pandectas tradet hor. IX - X. XI - XII. et II - III.

RECITATIONES ORDINIS MEDICI.

JO. FR. BLUMENBACH, D., hora VIII-IX. dieb. Lun., Mart., Jov. et Vener. anatomen et physiologiam comparatam tradet; hora III-IV. quinis septimanae diebus historiam naturalem.

J. F. STROMEYER, D., hora III - IV. Therapiam generalem, et h. IV - V. Therapiam specialem tradet.

CAROLUS HIMLY, D., sexies per hebdomadem hora X. Nosologiam et Therapiam systematis digestionis, respirationis, cutanei, uropoietici et sexualis exponet; hora III. quinis septimanae diebus Nosologiam, Materiam medicam et Therapiam generalem tradet; Demonstrationes et exercitationes clinicas medico-chirurgicas in nosocomio academico et domiciliis privatis sueto more hora XI. quotidie instituet.

HENR. ADOLPH. SCHRADER, D., hora II - III. dieb. Lun. Merc. Jov. et Saturn. Materiae medicae partem pharmacologicam exponet; hora XI - XII. dieb. Mart. et Vener. Botanices alteram partem, Cryptogamiam etc. complectentem, tradet; hora II - III. d. Vener. plantarum ratiorum, quae in hybernaculis Hort. academ. coluntur, cognitionem aperiet. Excursiones botanicas, ad promovendam cognitionem plantarum cryptogamicarum, suetis horis habebit. Privatissime Physiologiam et Anatomiam plantarum explicabit,

C. J. M. LANGENBECK, Dr., Anat. et Chirurg. Prof., hora I-II. Demonstrationes anatomicas, in quibus Splanchnologia, Angiologia et Neurologia pertractabuntur, ex libro suo (anatomisches Handbuch tabellarisch entworfen) instituet; hora II-IV. in secandis cadaveribus auditores erudiet; hora VI - VII. pomenidiana chirurgiae alteram partem tradet; hora IX - X. Exercitationes clinicas chirurgicas in Nosocomio chirurgico diriget. Privatissime instituet: 1. Cursum chirurgico - manualem; 2. Exercitationes operationum circa oculorum morbos suscipiendarum.

FRID. STROMEYER, D., Chem. et Pharm. Prof., hora IX-X. sexies per hebdomadem Chemiam theoreticam experimentalem tradet; hora VIII - IX diebus Merc. et Sat. Zoochemiam. Hora I - III. diebus Mart. et Ven. exercitationes chemicas practicas in Laboratorio academico sueto more continuabit. rans, s. concuttendae

D. JO. GUIL. HENR. CONRADI, hor. III. dieb. Lun. Mart. et Mercur, pathologiam, ex 3. compendii sui editione, dieb. Jov. Vener, et Saturn, therapiam generalem, medicamentorum facultates et usum simul accuratius expositurus, hor. V. quater per hebdomadem pathologiae et therapiae specialis partem secundam, excretiones abnormes, cachexias, morbos spasticos, eclyses, mentis morbos etc. complectentem, ex compendio suo tradet, hor. X. praxin medicam in instituto clinico docebit.

ADOLPH. FRIDR. HEMPEL, D., hor. VIII-IX. quinquies per hebdom. Physiologiam et Pathologiam generalem ex libro suo Einleitung in die Physiologie edit. 2. exponet. hor. X - XII. Cadaverum sectiones diriget. hor. I - II. In demonstrationibus anatomicis Myologiam docebit. hor. III - IV. dieb. Lun. et Jov. Osteologiam et Syndesmologiam ex libro suo Anfangsgrunde der Anatomie edit. 4. manigo 1 . Ki-MIV stott schau

IL. I. C. MENDE, D., hor, mat. VIII. quinquies p, h. theoriam et praxin artis obstetriciae, adjunctis exercitationibus in Xenodochio Reg. Obstetrie, tradet, nec iis defuturus qui privatissimam hujus artis instructionem desiderent; hor. IX. quater p. h. morbis feminarum medendi rationem explicabit; hor. IV. pom. quinquies p. h. medicinam forensem com h. III-IV.; chudy in cum Geometrias analysicas elementis h. senoque

RECITATIONES ORDINIS PHILOSOPHICI.

J. G. EICHHORN, h. X. in vaticinia Jesaiae commentabitur. JER. DAV. REUSS, quatuor per hebdomadem diebus Historiam

universae rei litterariae tradet. maigolaronilli d q esixes .IX -X

TH. CHR. TYCHSEN, h. IX. in Psalmos commentabitur, h. X.

linguam et literas Persicas tradet; Arabicas etiam, si desiderent auditores, hora de qua conveniet. Publice diebus Mercurii h. I. librum Judicum explicabit.

CHRISTOPH. GUIL. MITSCHERLICH, h. XI-XII. d. Sat. Seminarii philologici Sodalium disputationes moderabitur. Privatim h. II-III. Apollonii Rhod. Argonautica, una cum Pindari Pyth. IV., interpretabitur.

A. H. L. HEEREN, tradet quinquies p. h. H. X-XI. Statisticam, tum generalem tum specialem Imperii Britannici, Francici, Russici et Americae foederatae. H. III - IV. Historiam antiquam, ad suum compendium ed. 4. H. IV - V. Historiam praecipuorum regnorum Europae, inde a migratione gentium usque ad nostra tempora.

JO. TOBIAS MAYER, publice die Saturni hora XI-XII. Astronomiam physicam juxta filum compendii sui tradet. Privatim h. II-III. Physicam experimentalem ad quintam compendii sui editionem.

G. SARTORIUS, h. IX. oeconomiam politicam, juncta reditus publicos tractandi arte (National-Oeconomie et Finanzen s. Volks- et Staatswirthschaft); h. II. historiam universam medii aevi et recentiorem; h. IV. politicen universam, s. constituendae et administrandae reipublicae artem, una cum disciplinis, quas Polizey et allgemeine Cameralwissenschaft vocant, tradet. Hora commilitonibus commoda, cum civibus Nassoviensibus, juris publici et administrationis terrarum Nassov. formam communicabit.

FRID. BOUTERWEK, hora VIII. diebus Lunse, Martis, Jovis ac Veneris, Logicam tradet ceteraque philosophiae prolegomena, duce libro suo: Lehrbuch der philos. Vorkenntnisse, edit. 2; hora III. iisdem diebus Philosophiam practicam generalem et Ethicam, usurus parte secunda libri sui: Lehrbuch der philos. Wissenschaften, edit. 2; hora V. quinis per hebdomadem lectionibus Aestheticam, juncta artium elegantiorum, imprimis poëseos, historia.

GOTTLOB ERNESTUS SCHULZE, quinquies per hebdomadem tradet hora VIII-IX. Logicam et Encyclopaediam philosophiae, illam ad compendii sui edit. quartam, hanc ad compendii edit. tertiam; h. X-XI. Jus naturale, juncta juris criminalis theoria philosophica, duce libro suo: Leitfaden der Entwickelung der philosophischen Principien des bürgerlichen und peinlichen Rechts, Götting. 1813; h. IV-V. Metaphysicam.

B. F. THIBAUT, Mathesin puram h. V-VI.; Mathesin adplicatam h. III-IV.; Analysin cum Geometriae analyticae elementis h. XI-XII. tradet.

CAROLUS FRIDERICUS GAUSS, h. X. theoriam motus cometarum explicabit, lectionibus privatissimis astronomiam practicam docebit.

10. FRID. LUD. HAUSMANN, publice hor, VIII-IX, dieb. Mercur. et Sat. introductionem dabit in mineralogiae studium. Privatis lectionibus hor. X-XI. sexies p. h. Mineralogiam; hor. VIII-IX. dieb. Lun. Mart. Jov. et Ven. Agriculturan tradet.

CAROLUS LUD. HARDING, tradet: elementa astronomiae hor. IX.; geographiam physicam et mathematicam hor. XI.; artem nauticam hor. III.

GEO. FRID. BENECKE, hora vespertina VI-VII. Elementa linguae Anglicae tradet; Literaturae Germanicae saec. praesertim XIII., nec non reliquis quae ab eo exspectantur lectiones destinabit privatissimas.

IHILLE

C. BUNSEN, privatim hora VIII-IX. Geographiam physicam tradet. Hora I - II. diebus Mercurii et Saturni Praecepta styli theodisci exponet. Hora V-VI. Elementa linguae Italicae et Hispanicae tradet.

LUDOLPHUS DISSEN, publice d. Lun. et Mart. hor. XI-XII. Seminarii Regii philologici sodales Platonis Symposio interpretando exercebit. Privatim hor. III-IV. quinquies per hebdomadem Homeri Odysseam explicabit, hor. V-VI. totidem diebus Antiquitates Romanas tradet.

SOLANGIA ARTAUD, quatuor per hebdomadem diebus, hora auditoribus commoda, historiam litteraturae gallicae, gallica lingua usurus, tradet: privatissimas suas lectiones sueto more continuabit.

FRID. SAALFELD, tradet: Politicen universam sive rempublicam constituendi administrandique scientiam, ad filum conspectus (ap. Vandenh. et Rupr.) h. III-IV; Oeconomiam politicam nec non reditus publicos tractandi artem, ad filum conspectus (ap. Vandenh. et Rupr.) h. IX-X; Historiam recentissimi temporis universam, inde ab initio revolutionis Gallicae usque ad nostra tempora, ad filum conspectus (ap. Vandenh. et Rupr.) h. IV-V; Jus gentium Europaeum positivum, ad filum conspectus (ap. Vandenh. et Rupr.) diebus Lunae, Mercurii et Jovis h. XI-XII. Collegium practicum politico camerale instituet die Martis, adsumpto si opus erit, die Veneris h. XI-XII; collegium practicum diplomaticum vero die Saturni h. XI-XII.

CAROLUS ODOFREDUS MÜLLER, publice Seminarii Regii philologici sodalibus A. Persii Flacci Satiras interpretandas proponet, Jovis et Veneris diebus hora XI-XII. Privatim Mythologiam atque historiam sacrorum, quae habebantur apud populos antiquos, docebit quinis per hebdomadem horis IX-X. Taciti Germaniam atque Agricolam exponet totidem horis IV-V.

RECITATIONES EXTRAORDINARIAE. ORDINIS THEOLOGORUM.

J. T. HEMSEN, Dr., h. X. tradet encyclopaediam et methodologiam disciplinarum theologicarum, adjuncta carum historia, h. II. epistolas, quas vocant catholicas, explicabit; publice die Mercurii h. III. exercitationes societatis homileticae, more solito, moderabitur.

ORDINIS JURECONSULTORUM.

GEO. JULIUS RIBBENTROP, tradet 1) senis diebus hor. XI. et dieb. Martis et Veneris hor. IX. Institutiones juris Romani. 2) quinis diebus hor. IV. Antiquitates juris Romani.

CHR. FR. ELVERS: 1. h. XI. jus Germanicum privatum, duce EICHHORNIO; 2. h. IV. historiam Germaniae, et publici ecclesiasticique

11111

juris ejus; 3. h. III. historiam juris Romani; 4. h. II. institutet civile practicum, ratione habenda libelli: Ueber den Begriff und die Einrichtung eines Givilpraeticums ohne Rücksicht auf das Processualische, 2te Aufl. Göttingen, bei Vandenh. und Rupr. 1821.

ORDINIS MEDICORUM.

lierum quatuor lectionibus per hebdomadem. H. H. privatissime: Cursum operationum obstetriciarum instituet.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

GEORGIUS CAROLUS JUSTUS ULRICH, Architecturam civilem, adjunctis exercitationibus in arte opera architectonica delineandi h. X-XI. Mechanicen sublimiorem h. IX-X. Trigonometriam analyticam planam et sphaericam cum Stereometria h. II-III. tradet.

CAROLUS HOECK, privatim aget: de formis rerum publicarum apud veteres Graecos, hora IV-V. quatuor per hebdomadem diebus.

ERNEST. FERDIN. AYRER, rei equestris magister, exercitationes equestres in hippodromo Regio sueto more continuabit. Privatim eam partem artis veterinariae, quae de exteriore equi habitu agit, tradet.

FRID. CAR. LAPPE, D., Instituti Reg. veterinarii Director, tradet hora I. quinquies per hebdomadem Anatomiam et Physiologiam animalium domesticorum, rei rusticae inservientium; hora II. quater per hebd. Materiam medicam veterinariam; hora X. quotidie demonstrationes et exercitationes clinicas instituet.

Cultissimorum Europae populorum linguas ac literas tradent Lectores intelligentes doctique, iique lectionum suarum rationem tempusque loco solito indicabunt, Saltationem armorumque tractandorum artem stipendiis regiis auctorati Magistri docent.

GEO. JULIUS RIBELETRYP, seader it seals diebus bos Mi et

CHR. VA. ELVARS, i. b. K. just Gamenism's privatum, dute excension, j. b. IV. distribute Germanite, et paires acchesassicione

diebus har W. Antimatenter justic Remarks

© SUB GÖTTINGEN/GDZ/2014